

BERGENHIELM, JOHAN

**Cento satyricus in hodiernos motus
septentrionis concinnatus. =Anon. S. impr.=
[1700.].**

Stockholm
1700

EOD – Millions of books just a mouse click away! In more than 10 European countries!



Thank you for choosing EOD!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook.

Enjoy your EOD eBook!

- Get the look and feel of the original book!
- Use your standard software to read the eBook on-screen, zoom in to the image or just simply navigate through the book
- *Search & Find:* Use the full-text search of individual terms*
- *Copy & Paste Text and Images:* Copy images and parts of the text to other applications (e.g. word processor)*

* Not available in every eBook.

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions provided by the library owning the book.

- Terms and Conditions: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/en/agb.html>

More eBooks

Already more than 30 libraries in over 12 European countries offer this service.

Search books available for this service: <http://search.books2ebooks.eu>

More information is available at <http://books2ebooks.eu>

BERGEN HJELM, Joh.

700

Cento galysticus.

Ex A

Sv. Saml.

Vitt Sv.


Hist.

(Bj)

1700-1829

1700

1700



1700

Bergenhielm, J.

Ex. A.

Vu Su
leist.

(B.)

1700-1829.

1700

Cento Satyricus
 In hodiernos
MOTUS SEPTEN-
TRIONIS
 Concinnatus.



1700.

Joh Bergenhielm

*Consilarii DUCIS Holsato-
Gottorpiensis.*



Uousque tandem abutetur Rex Da-
niæ patientia Tua, Serenissime Prin-
ceps; libertas & anima Tua in du-
bio sunt; nec alius, quo saluum
præstare Te possis, modus, quam quem sæpe
suggessimus. Tantummodo incepto opus est;
cætera res expediet. Emori certe per virtutem
præstat, quam alienæ superbix perpetuo ludibrio
esse.

DUX Gottorpiensis.

Deliberandum est diu, quod statuendum semel.

Consilarii DUCIS.

Cunctatione non opus est, ubi perniciosior quies
quam temeritas.

DUX.

Consilia calida & audacia prima specie læta sunt,
tractatu dura, eventu tristia.

Consilarii.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Dux

DUX.

Quia multis magnisque tempestatibus Vos
cognovi fidos commodisq; meis studentes, eó au-
debo maximum atque pulcerrimum facinus inci-
pere. Et mihi quidem eo magis animus accendi-
tur, cum considero, quæ conditio vitæ futura sit,
nisi me quantocyus vindicem in libertatem.

Consilarii.

Causa jubet superos melior sperare secundos.

DUX.

----- Quis jam post talia segnis
Ambigat? aut cœlo dubitet parere vocanti?

REX SVECIÆ.

Qui jure suo utitur, nulli injuriam facit.

DUX.

Jaçta alea est, Rubiconem transivimus.

REX DANIÆ.

Tanta ne Vos generis tenuit fiducia Vestri?
Tanti animi? tantas audetis tollere moles?

DUX.

----- Mene coëptis desistere victum ?
Nec posse his terris Danorum avertere Regem ?

REX DANIÆ.

Arma, Viri, ferte arma, Viri.

Subditi Regis Danie.

Nulla salus bello, pacem Te poscimus omnes.

----- Pax optima rerum,

Quas homini novisse datum est; pax una triumphis
innumeris potior.

Ordines Generales Fœderati Belgii.

Non expedit concutere felicem statum, aut aureo
piscari hamo.

REX MAGNÆ BRITANNIÆ.

Nihil certius, quam omne bellum facile sumi, cæ-
terum ægerrimè desinere; nec in ejusdem pote-
state initium & finem esse.

REX DANIÆ.

Non patiar hebescere aciem auctoritatis meæ.

Ord. Gener. Fœder. Belgii.

Cum tuas vires, tum vim Fortunæ, Martemque
belli

belli communem propone animo. Nunquam
minus quam in bello eventus respondet.

REX MAGNÆ BRITANNIÆ

Simul parta & sperata decora unius horæ fortuna
evertere potest.

IMPERATOR ROM.

----- Coëant in fœdera dextræ
Qua datur, ast armis concurrant arma cavete.

REX DANICIÆ.

---- Nequicquam causæ nectuntur inanes,
Nec mea jam mutata loco sententia cedit.

Querela Circuli Infer. Saxonie.

Arma amens fremit, arma thoro tectisq; requirit,
Sævit amor ferri & scelerata infania belli.

Danicae copiae ditiones Ducis hostilem in modum invadunt.

----- Mox undique totis
Holsatiæ turbatur agris; non ullus aratro
Dignus honos; squallent abductis arva colonis.
Armatae passim turmae, minitancia signa
Ostentant sese, maculataque sanguine tela.
Quid multis? notum quid caede calentibus armis,
Quantum iræ liceat, motusque quid audeat ensis.

*Baro Gyldenstiernius Ducatum Bremensis
& Verdensis nomine.*

Jam proximus ardet Vcalegon.

Scelus esse existimo insinuatibus manibus vicini periculi magnitudinem adspectare, & intra solum otium ac lupinam securitatem consistere. Etsi enim altero justitiæ genere vacare se quis putet Patriam non oppugnando, in alterum tamen incurrit, eam deferendo.

ELECTOR HANNOVERANUS.

Ubi conflagrarit Holsatia, ad nos trajecturum est incendium; præstat prævenire quam præveniri.

DUX CELLENSIS.

Ad commune exstinguendum incendium concurramus.

Ordd. Gen. FOEDER. BELGII

Qui non repellit a socio, si potest, injuriam, tam est in vitio, quam ille, qui facit.

ELECTOR BRANDEBURGICUS.

Quum in hoc rerum statu id quemque quod occupet, habiturum arbitrer velut certo jure possessum; juvat ex ancipiti mutatione temporum pendere & quæ Fortuna rem dederit; eà inclinare vires.

Episco-

*Episcopus Monasteriensis ad Copias
Belgicas appropinquantes.*

----- Quæ vos fortuna quietos
Sollicitat ? suadetq; ignota laceffere bella ?

Belgicorum Militum responsum.

Cura tibi Divum effigies & templa tueri ;
Bella viri pacemque gerant, queis bella gerenda.

*Banerius sese extimulans ad tolerandam obsi-
dionem.*

Nunc animo, Baneri, opus est, nunc pectore
firmo ;

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
Stat sua cuique dies, breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ ; sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.

Tonninga arctissima cincta obsidione.

Illa velut pelagi rupes immota resistit ;
Ut pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese multis circumlatrantibus undis

Mole tenet : scopuli nequicquam & fœmes circum
Sax *DUX Wirtembergius obsidio excussus.*

DUX Wirtembergius obsidio excussus.

Fran-

Frangimur, heu, fati miseri ferimurque procella!
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Dani, fractæ vires, averfa DEI mens.

Exercitus Fœderatorum Principum.

Nescia mens hominum fati, fortisque futuræ,
Et servare modum rebus sublata secundis.
Ipsi has fœdifrago meruistis sanguine pœnas.

Banerius ad Ducem Wirtembergicum.

i nunc & verbis virtutem illude superbis.

Classes Britannica & Belgica.

Inter vos nostrum est tantas componere lites.

Dani ad Regem suum.

Quid temere miseros in aperta pericula cives
Projicis? O Danis caput horum & causa malorum!
Princeps, heu, regni rerumque oblite tuarum!

Dum arma Danorum adhuc ostentabantur magis
quam movebantur, furor Regis Poloniae FRIDE-
RICI AUGUSTI (qui Electoratu Saxonico
apicem istum ante triennium ferme addiderat) ru-
ptis Divini humanique Juris vinculis, latrocinantium
Saxonum suorum agmina, Ducibus Flemingio &
Carlowitzio in Livoniam repente, quasi captato
tem-

tempore, effudit. Quæ etsi ingentem Provin-
ciæ isti vastitatem intulere, provida tamen & ad
omnia fortuita excubante Generalis Gubernato-
ris Comitæ ERICI DAHLBERGII curâ & sollicitudine
impetus iste repressus est; advocatis in auxilium
Finnorum aliquot legionibus, quæ lentis quidem
(utpote hyemis & veris adversitate non leviter
impeditis) itineribus in non modicam longitudi-
nem porrectas Finnoniæ, Careliæ, Ingriæ, Estho-
niæ, Livoniæq; partes emensæ, satis opportuno ta-
men tempore laboranti Rigæ subvenere. Sic ergo

*Comes Dahlbergius appropinquantes Copias
Saxonicas alloquitur:*

Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis
an arma?

Saxones.

In armis jus ferimus, & omnia fortium virorum
esse arbitramur.

Comes Dahlbergius.

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At spectate Deos memores fandi atque nefandi,

Saxones.

Anguillis nunc captura est optima & magnis co-
natibus opportuni transitus rerum,

B

Comes

Comes Dahlbergius.

Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno
Disce omnes.

REX POLONIÆ.

An ego occasionem mihi ostentatam, tantam, tam
brevem, tam optatam, tam insperatam amitterem?

REX SVECIAE.

Latrunculorum & furum ista solertia est, qua te
jactas: quippe eorum votum unicum est fallere.
Siccine nusquam tuta fides?

REX POLONIÆ.

Tuta frequensque via est per amici fallere nomen.

REX SVECIAE.

Tuta frequensque licet sit via, crimen habet.

REX POLONIÆ.

Audentes fortuna juvat -----

REX SVECIAE.

----- Detrudit eosdem.

Nunquam enim simpliciter indulget; sed licet ad-
spirare videatur, ad ultimum tamen temeritati non
sufficit.

Rex

REX POLONIÆ.

Vis & nequitia quidquid oppugnant, ruit.

REX SVECIÆ,

Vis consilii expers mole ruit sua.

REX POLONIÆ,

Instandum est fortunæ & prout cesserint prima,
futura auguror univërfa.

REX SVECIÆ,

Non eodem cursu respondent ultima primis ;
Gaudia principium nostri sunt sæpe doloris.

Carlovvitzius oppugnaturus

Neumundam.

Venit summa dies, & ineluctabile fatum
Neumundæ ; subeat Regis nunc iussa Poloni.

Tribunus presidii Budbergius.

Diis aliter visum ; nunquam moriemur inulti.

Alloquitur inde Carlovvitzium.

Quo moriture ruis ? majoraque viribus audes ?
Fallit te incautum rabies tua ; desine demens.

Carlovvitzius autem,

Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam

Mandit humum, moriensque suo se in vulnere
verfat.

Scriptor centonis.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet ? aut possit lacrymis æquare labores ?

----- Crudelis ubique
Luctus, ubique pavor & plurima mortis imago.

Patkullus Proditor.

En quantum ego excitavi pulverem!

Miles quidam Suecicus.

AUGUSTUM tali mirum se credere monstro,
Invisum hoc detrudo caput sub tartara telo.

Flemingius oppugnationem restaurans.

Quid prælii unius eventu pavescitis, milites? Mars
communis & victum sæpe erigit & affligit victo-
rem. Fortes & strenui contra fortunam infi-
stunt spei; timidi & ignavi ad desperationem
formidine properant. Omnia itaque experimini,
more anguium, qui obtrito capite, postremum
cauda minantur.

Tribunus Budbergius ad præsidiarios.

Haud leviter nupero assultu attriti sumus, milites;
Multum enim invicem sanguinis hausimus & sem-
per gravior in paucitate jactura est. Salubriter ergo
suasero:
Dura

Durate & Vosmet rebus servate secundis.

REX POLONIÆ *ad Neumundam jam deditam.*

Quam Neumunda places? nostris accede triumphis,
Atque fer AUGUSTUM nostro de nomine nomen.

REX SVECIÆ.

Multa dies variusque labor mutabilis ævi
Rettulit in melius: Multos alterna revisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locavit.
Certe tempus erit, magno quum optaveris emptum,
Intactam Neumundam, & quum spolia ista diemq;
Oderis.

REX POLONIÆ.

Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non
possit eniti.

REX SVECIÆ.

----- Felix audacia virtus

Dicitur, & temere consulta probantur ab ipso
Eventu.

REX POLONIÆ.

----- Dolus an virtus quis in hoste requirat?

REX SVECIÆ.

Ad interneccionem mihi persequendus es, non ut
justus hostis, sed ut latro, ut percussor nefarius.

Rex

REX POLONIÆ.

Victoriæ rationem nemo tenetur reddere.

REX SVECIÆ.

Ego vero malo me fortunæ poeniteat, quam victoriæ pudeat.

REX POLONIÆ.

Interim gaudent possidentes.

REX SVECIÆ.

At tibi pro scelere, exopto, pro talibus ausis
Dii (si qua est cœlo pietas, quæ talia curat)
Persolvant grates dignas & præmia reddant
Debita.

REX POLONIÆ.

Scilicet is superûm labor est, ea cura quietos
Sollicitat.

REX SVECIÆ.

O miser! heu, te grande nefas, te triste manebit
Supplicium, votisque DEOS venerabere seris.

REX POLONIÆ.

Restat RIGA mihi.

Comes Dahlbergius.

----- Dii talem avertite pestem !

Et

Et placidi servate pios!

Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo
est.

*Alloquium Ejusdem ad Cives & presidia-
rios Rigenses.*

O passi graviora, dabit DEUS his quoque finem ;
Obtestor; revocate animum, mœstumque timorem
Mittite; forsan & hæc olim meminisse juvabit.

*Finnonica gentis, cuius auxilia expecta-
bantur, Elogium.*

Durum a stirpe genus; natos ad flumina primum
Deferimus, sævoque gelu duramus & undis,
Venatu invigilant pueri, sylvasque fatigant;
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu;
At patiens operum, parvoque assueta Juventus,
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne ævum ferro teritur, versaque juvencùm
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.

Cardinalis Primas ad REGEM POLONIÆ.

Sæpe quidem frustra monui, servator ut icti
Fœderis, hac nostra tutus tellure maneres,
Sed quoniam calidæ rapuit te flamma iuventæ;
Nunc saltem, si cura tibi manet ulla tuorum,

His

His cœptis defiste, precor, dumque agmina longe,
Dum licet, Arctois præceps elabere terris;
Ne nova prædari cupiens, & parta reponas,
Pastorique lupus scelerum delicta priorum
Intra septa luas; infentos quid mihi Suecos
Semper in ore geris? referunt si vera parentes,
Hanc gentem infano nullus qui Marte petivit,
Lætatus violasse redit.

*Finnonica Copia adventantes alloquuntur
Saxones fugientes.*

State, Viri, quæ causâ viæ? quive estis in armis?
Quove tenetis iter? nihil illi tendere contra,
Sed celerare fugam per aquas & fidere ponti.

Saxones se invicem compellantes.

Bellum importunum, Cives, cum gente Deorum,
Invictisque viris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possunt ablistere ferro.

*Litera REGIS POLONIÆ
ad Cardin. Primate.*

Quid scribam Tibi? aut quomodo scribam? aut
quid omnino non scribam hoc tempore? Dii me
Deæque peius perdant, quam quotidie perire
sentio, si scio.

Heu! nihil invitis fas quemquam fidere Diuis!

Nos vero ad TE,
SUMME, ÆTERNE
&
REGNATOR OMNIUM
DEUS OPTIME
MAXIME

Fido voto convertimur :

Fac, genus humanum positis sibi consulat armis
Inque vicem gens omnis amet, *PAX* missa
per Orbem
Ferrea belligeri compescat limina Jani !

Finis.



700 Cento Satyrus 1701.
shutblad

Nov 7^{to} 48 TE

SUMME. LITERAE

&

REGNATOR OMNIUM

DEUS OPTIME

MAXIME

Ido voto convenimus;


Fac, genus humanum postis tibi consistat annis
Indus vicem gens omnis amet, PAX munda


per Orbem

Patet belligeri compescat hinc Jani!

Finit.







www.books2ebooks.eu